Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Additiones ad Caput XI.

1) Vide, quæ observata sunt ad c. X Add. 26, 27, 77. Genealogia Comitum Hohenstaufforum Ducum mgne Suevia talis est.

~~Henricus IV Imp. ob. 1106.~~
Henricus IV, Imp. ob. 1106.

Agnes. Mar. Fridericus Comes de Hohenstaufen, Dux Suevia.

Conradus III Imp. Dux Suevia. Fridericus Coelis Dux Suevia.

Fridericus I Imp. Dux Suevia, ob. 1190. Ux. Beatrix Lotharinga.

Constantia heres, Mar. Henricus VI Imp. ob. 1198. Fridericus D. Suevia ob. improlis. Conradus Dux Suevia, ob. imp. Otto Palatinus Burg. Philippus Imp.

Fridericus II Imp. R. Siciliæ et Jerusalem, Dux Suevia, ob. 1250. Ux. 1. Constantia Castellana. 2. Jolanta heres Jerosolymorum.

Henricus R. Rom. Ux. Margarita Austriæ heres. Conradus R. Rom. R. Siciliæ et Jerusalem, D. Suevia. ob. 1254. Ux. Elisabetha Bavara.

Fridericus. ob. imp. Henricus. ob. imp. Conradinus Rex Siciliæ et Jerusalem Dux Suevia. ob. improlis 1268.

2) Adelzreiter Annal. Boic. p. I, l. 24, ex Nauclero gen. 42.

3) Mansius in Notis ad Raynaldi Annal. Eccl. an. 1252, allegat auctorem Anonymum continuatorem Chronici Veronensis, ita ad annum 1251. scribentem: Eodem anno mense Octobris Conradus Rex Apuliæ et dominus Jecinus (Ezelinus) de Romano cum populis Veronæ, Paduæ et Vicentiæ cum magno exercitu et multis exercitis Teutonicorum iverunt ultra Menzum ad castrum Goiti districtus Mantuæ. -- et transactis XV dictus reversi sunt Veronam, et de præsenti dictus Rex cum ejus comitiva per portum Naonem cum navigio et maximo apparatu transivit in Apuliam. Et Monachus Paduanus / Conradus Filius Federici descendens de Alemannia venit Veronam, et cum auxilio Ecelini, in mense Decembri intravit in mare in portu Texane, et navigans in Apuliam, eam cum Insula, ~~eam~~ facillime obtinuit. / ad an. 1251.

Et Chronicon Augustense ad eundem annum: Chunradus Rex in autumno intrat Apuliam et ibidem fere totum regnum patrium potenter possedit. Raynaldus Annal. Eccles. ex Anonymo Ms. de rebus Conradi et Manfredi, eadem affert, sed ad an. 1252: quem errorem ibidem corrigit Mansius. Brovius Annal. Eccl. eodem anno 1251 in Italiam venisse, indeque Ratisbonæ redisse scribit.

4) Rubeis Mon. Aquil. / Ughellus Ital. sac. t. V. Vide supra ad c. X Add. 38, 58, 72, 75, 96, 127. De filiabus Alberti et Juta infra. / ex Necrologio Aquileiensi, Chron. Salisburgense apud Kier. Dez t. I.

5) Anonymus Leobiensis ad an. 1251. Meinhardus Comes undiens Imperatoris transitum, ad propria rediit. Vide supra ad c. X Add. 121.

6) Pernoldus ~~Campiliensis~~ apud Hanthalerum Fast. Campil. ad an. 1261. Leobiensis ad eundem an. ubi tamen nuptias anticipat. / toto biennio